



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tribunal Poenitentiæ Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut
Reo Posterior De Confessario Ut Judice**

Stoz, Matthäus

Anno M.DC.LXXXIX.

Art. 2. De remedijs particularibus emendandi vitam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37144

ART. II. De remedis particularibus emendandi vitam.

323

admissis, maximè in quæ frequentiùs quis labitur, contritio elicienda: credi enim non potest, quantum ad animæ & vitæ puritatem hoc exercitium conducat.

26. X. Si quando homo tenerit earnis rebellionem, corpus aliquanto duriùs & asperiùs tractandum, tum edendo, tum bibendo, dormiendo, tum etiam per alias macerationes v.g. cilicium, disciplinam &c.

27. XI. Legendi pīj libri, & abstinentiū à vanis, & singulariter à lascivis; exhortationes piæ audiendæ. Nam Verbum DEI colligit cor hominis, temperat passiones, voluntatem & mentem nostram implet bonis desiderijs.

28. XII. Frequentanda Sacraenta penitentia & Eucharistia. Sunt enim hæc efficacissima remedia contra peccata: per ea enim confertur gratia Divina, principale adversus quodlibet vitium remedium. Præterquam quòd eadem Sacraenta à Christo instituta sint, ut essent quasi medicinae cœlestes, non solum ad expianda peccata, sed etiam ad sanandos nostros inordinatos affectus, ad reprimendas passiones, ad languorem animi tollendum: & denique ut essent quædam animi incentiva, quibus nostra voluntas inflammata facilius resistat prævis cogitationibus, & vincat omnes tentationes ac peccata.

ARTICULUS II.

De remedis particularibus emendandi vitam.

29. Præter generalia, de quibus ha-
cenus, sunt alia quædam remedia magis
particularia, & propria cuiusque defe-

ctiùs corrigendi, quæ hic enumerare im-
mensum foret. Poterit quisque usurpare
& applicare ea, quæ consilio Confessa-
rij videbuntur opportuniora. Tam hæc
autem, quæ illa generalia assumenda sunt
cum magnitudine animi, perseverantia,
& certa spe victoriae, fundatâ in auxilio &
gratia Christi, qui vicit mundum, nec
quenquam patitur tentari supra id, quod
potest, sed facit cum tentatione proven-
tum.

30. Porro si aliquod vitium præci-
puum & prædominans, à quo pleraque
alia pullulant, eradicare velis (quod sanè
magni est momenti ad vitæ emendatio-
nem, puritatem & perfectionem) Con-
fessorio tuo te totum explicat, aperiens non
tantum peccata, sed etiam tentationes,
propensiones, passionesque perversas,
quibus ad peccandum facilius & frequen-
tiùs pertraheris, ut videlicet clarè intelli-
git, ubi invigilandum, ubi medendum,
ubi laborandum. Tum deinde illius hac
super re judicium & consilium sequere, &
constanter in praxi redige. Quod si fe-
ceris, næ tu brevi à gravioribus vitijs &
peccatis liberaberis.

Quod si verò in hoc negotio tibi vel
Confessorij opera deesset, vel non facilis
ad eum pateret accessus, hac methodo
& praxi, quam hic subjicimus, & multi
cum magno suo solatio usurparunt, uti
poteris.

ARTICULUS III.

Praxis facilis & certa ad vitiorum eradicationem.

31. Hæc consistit in Examini, quod
Particulare vocant / & nihil aliud est
Tt 3 quæma